



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-840758-p0001-7

DFG



21  
1772, 2  
7

# SACRORVM PENTECOSTALIVM

PIAM AC DEVOTAM CELEBRATIONEM

CVM DEBITA ECCLESIAE EVANGELICAE PRINCIPIIS  
CONSENTANEA ABSTINENTIA AB OMNIBVS, QVI DEBITVM  
CVLTVM IMPEDIRE POSSVNT,

PRAEMISSA BREVI PROLVSIONE ACADEMICA

DE

IEIVNIO PENTECOSTALI EIVSQUE ORIGINE

CIVIBVS ACADEMICIS

GENEROSIS AC DOCTISSIMIS

PRO OFFICII RATIONE

COMMENDAT

HERMANNVS BECKER,

LL. DOCT. ET PROF. PVBL. ORD. FACVLT. IVRID. SENIOR  
AC ACAD. p. t. RECTOR.

---

GRYPHISWALDIE  
LITTERIS A. F. RÖSE  
REG. ACAD. TYPOGR.



SACROVM  
SENTECOSTALIAVM

CONVENTUO MONASTICO MELKENSIS  
CONVENTUO MONASTICO SILENSIENSIS  
CONVENTUO MONASTICO ALEXANDRIENSIS  
CONVENTUO MONASTICO BOZNAE

CONVENTUO MONASTICO TOLBIACI

MONASTICIS ORGANIS

CHURCHES ACADEMIES

COLLEGES AND UNIVERSITIES


THEIR ORIGIN HISTORY

COMPARISON

HENRY WILHELM BECKER

IN WHICH THE HISTORY OF THE CHURCHES  
OF THE EAST AND WEST IS COMPARED

CONTINUATION  
OF THE HISTORY  
OF THE CHURCHES  
OF THE EAST AND WEST



**I**eiunia atque abstinentiae, quae inter se re rectius pensitata licet differant tam ratione temporis quo durant, quam modi, in generico tamen conceptu conueniunt, & hinc promiscue dici possunt, iam in ecclesia iudaica actibus liturgicis, ad cultum diuinum celebrandum tendentibus annuerabantur, sicuti satis docent verba sacri codicis Leuit. cap. 16. v. 29 sqq., vbi Deus Iudeis magnum Sabbathum tanquam diem ieiunii praescribit in verbis: Auch soll euch das ein ewiges Recht seyn, am zehenden Tage des siebenden Monaten sollt ihr euren Leib casteyen, und kein Werk thun, es sey ein Einheimischer oder Fremder unter euch. Denn an diesem Tage geschiehet eure Verfohnung, daß ihr gereinigt werdet, von allen euren Sünden werdet ihr gereinigt vor dem Herrn. Darum soll es euch der grösste Sabbath seyn, und ihr sollt euren Leib demuthigen. Ein ewiges Recht sey das. Immo praeter hoc fixum ac statum iejunium in casu singularis in populum & rempublicam imminentis periculi & calamitatis ad imperantibus reipublicae iudaicae dies ieunii & precum ad auertendum periculum saepe ordinatos fuisse ad conciliandum Deum & flectendam clementiam diuinam testantur varia sacrae scripturae loca. Ita enim Iudic. cap. 20. v. 26. refertur in bello cum stemmate Beniamin, & obsidione ciuitatis

★ ★ ★

Gibea facta procursatione Beniaminitarum cum perirent in conflictu octodecim millia militum irogen alle Kinder Israel hinauf, und alles Volk, und kamen zum Hause Gottes und weinten, und blieben daselbst vor dem Herrn, und fasteten den Tag bis an den Abend, und opfertern Brand-Opfer und Dank-Opfer vor dem Herrn. Simili modo bello cum Philisteis imminentem secundum 1 Sam. cap. 7. v. 5 & 6. sammlete Samuel das ganze Israel gen Mizpa, das er für sie betete zum Herrn. Und sie kamen zusammen gen Mizpa, und schöpfeten Wasser, und gossen es aus vor dem Herrn, und fasteten denselben Tag, und sprachen daselbst: Wir haben dem Herrn gesündiger. Eodem modo Propheta Joel cap. 2. v. 12-18. excitat populum iudaicum ad ordinandum publicum ieiunium cum pollicitatione gratiae diuinae, si modo debita pietate, & seria poenitentiae celebretur hocce festum, verbis: So spricht nun der Herr: Befehret euch zu mir von ganzem Herzen, mit Fasten, mit Weinen, mit Klagen. Zerreisset eure Herzen und nicht eure Kleider, und befehret euch zu den Herrn euren Gott, denn er ist gnädig, geduldig, barmherzig und von grosser Güte, und reuet ihm bald der Strafe. Wer weiß, es mag ihm wiederum gereuen, und einen Seegen hinter sich lassen zu opfern Speise-Opfer und Frank-Opfer dem Herrn euren Gott. Blaset mit Posaunen zu Zion, heiligt ein Fasten, rufet die Gemeine zusammen . . . So wird der Herr um sein Land eltern und seines Volks verschonen. Immo ordinarium quatuor temporibus per annum, i. e. publicum ieiunium in ecclesia iudaica obtinuisse, indicare videntur verba Zachariae prophetae cap. 8. v. 19. quando promittit ex mandato diuino: So spricht der Herr Zebaoth: Die Fasten des vierten, fünften, siebenden und zehenden Monaten sollen dem Hause Juda zur Freude und Wonne, und zu fröhlichem Jahres-Festen werden: Allein liebet Wahheit und Friede. In christiana autem ecclesia, quae a pracepti iugo liberata, & verae libertati conscientiae per Dei clementiam restituta eiusmodi certa & stata ieiunia per modum legis nullibi a Christo & Apostolis praescripta, eoque minus probari potest Apostolos eiusmodi stata & certa ieiunia constanti praxi ab omnibus ecclesiis obseruanda ordinasse quo magis potius eos de festis diebus,

bus, quorū quoque ieiunia publice stata pertinent nihil ordinatis, sed pro libertate admodum pugnasse: conf. Galat. cap. 2. v. 4 & 5. cap. 4. v. 9. cap. 5. v. 13. Col. cap. 2. v. 16. Iudei selectum dierum & ciborum faciebant, suis festis superstitiose inhaerentes, & ad amissim ieiunia obseruanda esse contendebant. Id quod illud iugum erat, a quo christianos liberatos esse Paulus l. c. contendit, singulorum interim arbitrio indulgens secundum Rom. cap. 14. v. 5. Et hanc doctrinam christianaē libertati admodum conformem saeculo adhuc 2dō contra Montanistas, plura ieiunia stata, legesque abstinentiae nouas & hactenus insolitas introducentes, & asseculis suis ex legis necessitate obrudentes christiani strenue defendebant. Quam sententiam ecclesiae purioris communem ipse Tertullianus Montani discipulus in *Tr. de ieiun.* cap. 2. optime declarat. Praemissa enim obseruatione historica de ieiuniis certis diebus in veteri testamento per legem Mosaicam dicatis addit doctrinam purioris ecclesiae eius temporis in verbis: *Certe in euangelio*, h. e. in statu noui testamenti apud christianos, illos dies ieiuniis determinatos putant, in quibus ablatus est sponsus, & hos effatos legitimos ieiuniorum christianorum, abolitis legalibus & prophetice vetustatis. *Vbi volunt enim agnoscent, quid sapiat lex, & prophetae usque ad Iohannem.* Itaque de cetero indifferenter ieiundum ex arbitrio, non ex imperio novae disciplinae pro temporibus & causis uniuscuiusque. Sic & apostolos obseruass̄, nullum aliud impONENTES iugum certorum, & in commune omnibus obeundorum ieiuniorum, proinde nec stationum, quae & ipsae suos quidem dies habeant quartae feriae & sextae, pauci tamen currunt, neque sub lege praecipi, neque ultra supremum diei, quando & orationes fere hora nona concludat de Petri exemplo, quod actis refertur. Primi quidem christianī moribus Iudeorum affluti libero ex arbitrio ex hisce Iudeorum moribus hanc ieiuniorum disciplinam traxere, sed absque ullo libertatis praeiudicio in quam per Christum ipsum vindicati erant. Quippe qui nequidem discipulos suos adstringere volebat, ad frequentissima illa ieiunia pharisaeorum, & discipulis Iohannis visitata, quo ipso docebat, ieiunia illa diei secundi & quinti conuersionem morum per se non operari,

rari, quam vnicē saluator intendebat. Praedicabat tamen, tempore luctus discipulos suos ieunia, quae sunt naturalia doloris argumenta, suscepuros esse. Hac de causa sine vlo legis vinculo spontaneo spiritu ad ieunia post sponsum ablatum confugiebant, non eo ipso posteris leges ferentes, sed ea libertate vtentes, qua ieunandum erat in nouo testamento. Ad ardua negotia subeunda nonnumquam se sponte ieuniis & precibus praeparabant, vti Barnabas & Paulus ad diuinum ministerium ex ecclesia Antiocheni a Deo euocati, & in creatione presbyterorum testantibus Act. Apost. cap. 13 & 14. Ipse Paulus adhortatur fideles 2 Corinth. cap. 6. v. 5. ad ieunia suo modo, sed non imperat. Vnde & errant ex patribus, qui cum Beveregio, aliisque quadragesimale ieunium ab instituto apostolico deriuare student. Potius Augustinus aperte consitetur, sanctione aliqua Apostolica nullos plane dies ieuniorum statos praefcriptos esse. Ita enim in epistola ad Caſulan. scribit: *qui bus autem diebus non oporteat ieunare, & quibus oporteat, praecipto Domini, & apostolorum, non inuenio definitum.* Et Socrates lib. 5. cap. 22. praemissa theſi generali, *nulla lege Christi iniunctum esse christianis, vt Iudeorum ritus obseruent, probat hanc suam fentiam ex Pauli epistolis, & tandem ita concludit: Certe Apostolus & Euangeliſtæ numquam seruitutis ingum illis imposuerunt, qui ad prædicationem fidei accesserint.* Addit festos quosdam dies adhuc inter christianos obseruari, sed *sine legi præscripto, absque omni coactione poenali quemadmodum Mosaica lex confueuerat.*

Iam quidem Tertulliani tempore christiani vnum quoddam generale ieunium obseruabant, ante paschale scilicet, illis diebus sponte et ex libera devota intentione observatum, in quibus ablatus erat sponsus, quos in evangelio determinatos putabant. Intelligit autem Tertullianus dies veneris et sabbathi ante Pascha, ex passione et morte Christi notables, quod spatium ieunii in alio loco vocat diem paschae, quo communis et quasi publica ieunii religio est, statim autem quando de hoc ieunio publico verba facit, subiungit: *quamquam vos etiam sabbatum si quando continuatis numquam nisi in Pascha ieunandum, secundum rationem alibi redditam: atque eo ipso satis docet, continua-*

tinuatum a quibusdam iejunium per ipsum sabbathum ante Pascha. Hocce autem antepaschale iejunium publicum sancte ab ecclesia colebatur nullo legis imperio, non metu poenae cuiusdam, nec poenitentiae subeundae formidine, qua vi coactiva iejuniorum statorum religio ex iure canonico postea circum septa, sed ex spontanea, et mere libera recordatione passionis dominicae. Qualia iejunia licet stata tamen ex spontaneo motu et spiritu suscepta haut improbanda manent, quia magis ex consilio quam necessitate servantur, et spontanea singulorum abstinentia prout valetudinis ratio id permittit absoluuntur.

Montanistarum autem *doxos*, cum quibus christianis Romae degentibus semper certandum fuit hac in re puriori ecclesiae sententiae contradicebat, et iugum Iudaici cultus sub specie meritorii operis, et operarum peccatorum remissionem procurantium, iejunium olim arbitrarium, et libere electum, iam praeceptum dicere incipiebat, in omnia alia hac in re abiab schola Montani, et iejunium non solum quadragesimale, seu antepaschale sed et plura alia stata publica iejunia sub lege necessitatis obtrudebat christianis, ita ut illis fese haut affligens confortio christianorum indignus censeatur. Sub initio quidem mascule huic doctrinae, et iugo obtrudendo se opponebant ecclesiae Romanae fideles ab omni formidine poenae, et necessitate legis alienissimi, quos, infelici licet successu refellere conatur *Tertullianus*, Montani strenuus discipulus de *iejun.* cap. 13. sed monachi, Montani affectae, qui pro austerritate vitae, cui dediti etiam iejunis crebrioribus inclinatae cupientes docente *MARTENIO de antiqu. monachor. ritib.* Lib. 3. cap. 1. non contenti vna quadragesima tres per annum introducebant, quas tenebant quadragesimas per annum statutas iam penes Francos receperat testatur *BALUZIUS Tom. I. capitul. p. 954.* verbis: Iterum admonent sacerdotes, ut iejunia tria legitima in anno agantur, i. e. 40 dies ante nativitatem Dei, 40 dies ante Pascha ubi decimas anni solvimus, et post pentecostes 40 dies. Quamquam enim nonnulla ex his canonica priventur auctoritate, nobis tamen omnibus simul propter consuetudinem plebis, et parentum nostrorum morem haec observare, ut superius comprehensum est, convenit. Quibus postea additur: et licet



et omnibus diebus orare et abstinere conveniat, his tamen temporibus  
 amplius ieiuniis et poenitentiae servire oportet. Ad monachorum  
 formam postea composita a Chrodogango canonici sunt, vnde  
 nec mirandum quod in canonibus suis ab HARDUINO T. 4. cap.  
 20. p. 1189. relatis triplicem hanc quadragesimam itidem suo  
 clero praescripsit, vt in his usque ad horam nonam ieiunarent,  
 et praetera a carnis in genere abstinerent. A mona-  
 chis per suggestionem episcoporum qui tunc temporis ex mo-  
 nasteriis, et canonicorum capitulis petebantur ut plurimum,  
 et mores monasticos fidelibus inculcare allaborabant pedet-  
 tim ad laicos transiere haec quadragesimae, in quibus conser-  
 tientem laudare possum WILDOVOGEL de eo, quod insitum est circa  
 tempus quadragesimale, cap. 1. Quod episcopi docendo tradendo  
 & inculcando a christianis plene impetrare non poterant, id  
 tandem collecti in synodis per legum ecclesiasticarum vincula  
 additis poenis gravissimis ab iis extorserunt, & ita legalem ab-  
 stinentiam & legalia ieiunia, tanquam opus meritorium orbis  
 obtruserunt christiano contra apostolorum mentem & senten-  
 tiā. Statis hisce ieiuniis accedebat postea ieiunium quatuor  
 temporum, quo unum quodque trimestre anni initiatur. Dies  
 quo auspicia sua habent, vulgo hodie sub demoninatione dixer-  
 entur. Quatember veniunt, atque in calendariis, quia admodum varia-  
 bant, annotantur. Primae origines eius incertae sunt. Cali-  
 xto Pseudo-Isidorus horum institutionem tribuit, idque ex eo  
 repetit GRATIANUS in c. 1. D. LXXVII. Ieiunium, quod ter in  
 anno apudios celebrare didicisti, convenientius nunc per quatuor tem-  
 pora fieri decernimus, vt securus annus per quatuor volvitur tempora, sic  
 & nos quaternum solenne agamus ieiunium per anni quatuor tempora.  
 Non ab omni probabilitate alienum occasione iudaicorum ie-  
 iuniorum hoc ieiunium in Romana ecclesia esse praescriptum,  
 & huius ad exemplum reliquas tandem ecclesias esse compo-  
 sitas. Explicat & illustrat quatuor anniversaria Iudeorum ieiu-  
 nia HIERONYMUS in c. 7. D. LXXVI. quae quamvis eius tem-  
 pore nondum observata fuerint, saeculo tamen quinto aliquam  
 praxin in ecclesia Romana habuisse videntur. Indicat id ipsum  
 LEO relatus in c. 6. D. LXXVI. verbis: Huius observantiae uti-  
 litas,

litas, dilectissimi in ecclesiasticis praecipue constituta est ieui-  
niis, quae ex doctrina S. Spiritus ita per totius anni circulum  
distributa sunt, vt lex abstinentiae omnibus adscripta sit tem-  
poribus. Si quidem ieunium vernum in quadragesima, aestivum in  
pentecoste, autumnale in mense septimo, hyemale autem in hoc, qui est  
decimus Ianuarii celebramus. Licet autem quatuor tempora anni  
ieiuniis consecranda ex disciplina Iudeorum crediderint, non  
tamen praecipe mensibus a Iudeis signatis inhaerendum esse  
credebant, quippe qui singulares suas rationes populo Iudeo-  
rum proprias ab HIERONYMO c. cit. adlegatas habebant. Pau-  
latim ergo alios substituerunt menses, eosque in primis, qui  
singulorum trimestrium primi, vt ita singulae partes anni per  
ieiunia consecrarentur. Ita enim iam in Concilio Moguntino,  
anno 814 habito, relato a GRATIANO in c. 2. D. LXXVI, haec  
immutatio deprehenditur, sicuti & in capitularibus penes BALU-  
ZIUM T. 1. p. 854. specialior haec determinatio obvia. Aliud  
quoque Romanae ecclesiae proprium ieunium, pentecostale oc-  
currit, & tempore iam Leonis I. visitatum fuit, vt ipse indicat  
in c. 5. D. LXXVI. verbis: *Igitur post sanctae laetitiae dies, quos in honorem Domini a morte resurgentis, ac deinde in coelos ascenden-  
tis exigimus, postquam acceptum S. Spiritus donum salubriter & nece-  
sarie confuerudo est ordinata ieunii, ut si quis forte inter ipsa festivi-  
tatum gaudia negligens libertas, & libertia inordinata praefunxit,  
hoc religiosae abstinentiae censura castiget.* Sed videtur hoc postea  
ad ieunium quatuor temporum tractum fuisse.

Ex omnibus hactenus adductis satis patet, iure canonico  
& in ecclesia Romana omnia haec indicta, stata ieunia, & alia  
ex libera voluntate a singulis suscepta eum in finem ab ecclesia  
iam maculata, & puriorem doctrinam evangelii deserente com-  
mendata, & per modum legis praescripta, vt ieunantes & ab-  
stinentes meritum quoddam, ad instar bonarum operarum, &  
peccatorum remissionem fibi adquirere possent, & hinc mini-  
me mirandum in ecclesia evangelica primaevam libertatem ieui-  
niis ita restitutam esse, vt quae apud nos servantur ieunia, non  
sint legalia, sed spontaneo spiritu peracta & suscipienda. Do-  
ctrina

Et rina enim salvatoris nostri, & apostolorum, immo & praxis  
 primitivae purioris ecclesiae satis docet, ieunia in ecclesia chri-  
 stiana in se esse & suisse libera, nullam vim coactivam admit-  
 tentia, nullum necessarium cultum, aut meritum continentia,  
 hinc & reformatoriis religionis, & instauratoriis nostrae  
 ecclesiae vitio nullo modo verti potest, quod ieunia legalia  
 cum abstinentia tollenda & eradicanda censuerint, non refor-  
 midantes anathema in Concilio Senonensi de anno 1528. c. 7.  
 hac de caussa iis dictum. Optima ratione haec omnia docent  
 ipsa verba Augustanae Confessionis: tit. vom Unterscheid der  
 Speisen: vbi fententiam suam declarant evangelicae ecclesiae  
 defensores, & Restauratores in verbis: Vor Zeiten hat man al-  
 so gelehret und gepredigt, und geschrieben, daß der Unterscheid von  
 Speisen, und dergleichen Tradition von Menschen eingesetzt, dazu  
 dienen, daß man dadurch Vergebung der Sünden verdiene, und  
 für Sünden genug thue; und daß es Gottes Dienst sei, darum uns  
 Gott gerecht schäze. Auf diesen Grund hat man täglich neue Fasten,  
 neue Ceremonien, neue Orden, und dergleichen fürgenommen, und  
 auf solches häufig und hart getrieben, als sind solche Dinge nöthiger  
 Gottesdienst, und geschickt grosse Sünde, so mans nicht halte, dar-  
 aus sind viel schädliche Irrthümer in der Kirchen gefolget. Quibus  
 praemissis varias rationes talia legalia ieunia improbantes sub-  
 iungunt. Erstlich, sei dadurch die Verheißung Christi, und die  
 Lehre vom Glauben verdunkelt. Zum andern hätten auch solche  
 traditiones Gottes Gebet verdunkelt. Zum dritten wären solche  
 traditiones zur hoher Beschwehrung derer Gewissen gerathen. Et  
 inde concludunt. Darum haben die Unsern nicht aus Frevel und  
 Verachtung geistlicher Gewalt von diesen Sachen gelehret, sondern  
 es hat die hohe Noth erfordert Unterricht zu thun von obangezeigten  
 Irrthümern, welche aus Missverständ der tradition erwachsen seyn,  
 denn das Evangelium will, daß man die Lehre vom Glauben solle und  
 müsse in der Kirchen treiben, welche doch nicht mag verstanden wer-  
 den, so man vermeynet durch eigene erwählete Werke Vergebung  
 derer Sünden zu verdienen, und ist davon also gelehret, daß man  
 durch Haltung gedachter menschlichen tradition Gott nicht kann ver-  
 schonen, oder für Sünde genug thun, oder Vergebung der Sünden  
 verdien

verdienien, und soll derohalben kein nothiger Gottesdienst daraus gemacht werden, gleich als möge niemand ohne solche tradition für Gott gerecht seyn, id quod in sequentibus vterius ex sacro codice illustratur. Ne vero existimaret ecclesia Romana nos quorumvis ieiuniorum osores & contemtores esse, hanc declarationem addunt: Daß man aber denen unsren Schuld giebet, als verbieten sie Fasteyung und Zucht, wie Iovinianus, wird sich eines anders aus ihren Schriften befinden. Denn sie haben allezeit geslehret vom heilgen Kreuz, daß Christen zu leyden schuldig sind. Und dieses ist die rechte ernstliche, und nicht erdichtete Fasteyung. Das neben wirkt auch gelehret, daß ein jeglicher schuldig sey, sich mit leiblicher Uebung als Fasten und anderer Arbeit, also zu halten, daß er nicht Ursache zur Sünde gebe, nicht, daß er durch solche Werke Vergebung derer Sünden verdiene, oder darum für Gott werde gerecht geschähet, und diese leibliche Uebung solle nicht allein etliche bestimmte Tage, sondern stets getrieben werden. Non sine ratione in hisce diebus sacris pentecostalibus per ecclesiam destinatis hanc ultimam Augustanae confessionis declarationem Vobis, Cives Academiae Exoptatissimi pro officii mei ratione in memoriam revoco hanc ultimam communem totius evangelicae declarationem, quo a ieiunio meritorio & fictitio Romanorum abstinentes debita tamen pietate & devotione in hisce diebus sacris recordemur immensam Dei clementiam, que nobis ecclesiae membris hocce donum Spiritus veritatis & precum concessit, daß er uns in alle Wahrheit leiten solle, & pia mente veneiremur gratiam divinam, quae non contenta filio Dei misso ad genus humanum liberandum, sed & spiritum paracletum nobis donavit, der uns vertrete bey Gott mit unausprechlichen Seufzern. Ieiunia & abstinentiam meritoriam dannantes abstineamus tam merito ab omnibus impuritatibus mundanis, quae dona Spiritus Sancti nobis concessi impediunt & supprimunt. Non possum non, quin hac occasione repeatam, & in chartam transcribam elegantem homiliam de spiritu sancto adlatam a IOHANNE GERHARDO S. S. Theol. quondam in academia Salana Professore celeberrimo, & Theologo immortaliter merito in suis meditationibus sacris ad veram pietatem

excitandam, & interioris hominis profectum promovendum  
accommodatis, relatam, quando Med. 22. scribit;

„Ascendens dominus noster in coelos, & intrans in glo-  
„riam suam, misit discipulis Spiritum Sanctum in ipso  
„pentecostes die. Sicuti in veteri testamento Deus legem  
„promulgans in monte Sinai, ad ipsum Mosen descendere-  
„bat: ita cum euangelium per apostolos in orbe terrarum  
„propagandum, ipse Spiritus Sanctus ad Apostolos de-  
„scendebat: ibi tonitrua & fulgura & clangor buccinae  
„intensissimus, quia lex contra inobedientiam nostram de-  
„tonat, & nos irae diuiniae reos arguit: hic vero fons  
„leniter strepentes aurae, quia euangeli concio conserna-  
„tas mentes erigit: ibi totius populi expauescentia atque  
„terror, quia lex iram operatur: hic vero tota multitudo  
„confluit & mirabilia Dei audit, quia per euangelium no-  
„bis ad Deum patet aditus: ibi Iehoua descendit in igne  
„ira & furoris, ideo mons commouebatur, & fumabat:  
„hic vero descendit Iehoua Spiritus Sanctus in igne, sed  
„in igne amoris & dilectionis, vnde non commouetur do-  
„mus diuina ira, sed potius tota repletur Spiritus Sancti  
„gloria. Quid mirum, si Spiritus Sanctus e coelesti mit-  
„titur curia ad sanctificandum, cum filius missus fuerit ad  
„genus humanum liberandum? non prodefset Christi  
„passio, nisi per euangelium mundo fierer annuntiatio:  
„quis enim vhus thesauri absconditi? ideo benignissimus  
„pater non solum magnum paravit beneficium per filii  
„passionem, sed etiam toti mundo offerri voluit per Spi-  
„ritus Sancti missionem. Fidelis mater tenello filio vtra-  
„que praebet vbera, fidelis Deus nobis miseris & filium &  
„Spiritum Sanctum mittit. Venit autem Spiritus Sanctus  
„super apostolos, cum perdurarent concorditer in oratio-  
„ne, precum enim Spiritus est, precibus impetratur, &  
„ad preces impellit, quare? quia est vinculum illud, quo  
„corda nostra vniuntur cum Deo, sicut filium vnit cum  
„patre, & patrem cum filio est enim patris & filii mutuuus  
„substantialis amor: haec spiritualis nostra cum Deo con-  
„iunctio

„iunctio fit fide, fides autem donum Spiritus impetratur  
 „precibus, sed verae preces flunt in Spiritu. In templo  
 „Salamonis, cum Domino adoleretur incensum, gloria  
 „Domini templum replebatur: ita si precum odoramenta  
 „offers Deo, templum cordis sui replebit gloria. Mire-  
 „mur hic Dei misericordiam & gratiam: Pater exaudi-  
 „tionem precum promittit: Filius intercedit pro nobis:  
 „Spiritus Sanctus orat in nobis: Angeli preces nostras ad  
 „Deum deferunt, atque ita tota coelestis curia nostris  
 „precibus est aperta. Misericors Deus dat orationis affe-  
 „ctum, quia donat nobis Spiritum gratiae & precum; dat  
 „etiam orationis effectum, quia preces nostras semper ex-  
 „audit, si non ad voluptatem nostram, tamen ad utilita-  
 „tem. Venit Spiritus Sanctus, cum omnes concorditer  
 „in eodem versantur loco, nimirum est spiritus caritatis  
 „& concordiae: coniungit nos Christo per fidem, con-  
 „iungit nobis Deum per caritatem, unit etiam nos cum  
 „proximo per dilectionem. Diabolus discordiae & sepa-  
 „rationis auctor per peccata separat nos a Deo, per odia,  
 „contentiones & rixas homines a se inuicem separat: sed  
 „Sanctus Spiritus, ut in Christo diuinam & humanam na-  
 „turam mirabiliter sua obumbratione coniunxit, ita quoque  
 „suis donis in nos effusis, & homines Deo, & Deum ho-  
 „minibus coniungit. Quamdiu in homine manet Spi-  
 „ritus Sanctus sua gratia, & suis donis, tamdiu homo ma-  
 „net vnitus Deo. Quam primum homo per peccata ex-  
 „cidit a fide, & caritate, & Spiritum Sanctum excutit, se-  
 „paratur a Deo, & tollitur beatissima illa vniio. Qui Spi-  
 „ritum Sanctum habet, non odit fratrem: quare? quia  
 „per Spiritum particeps factus mystici corporis Christi,  
 „cuius membra sunt omnes pii, quis vero vnuquam mem-  
 „bra sua odio habet? immo etiam inimicos suos diligit,  
 „qui spiritu Domini regitur: quare? quia, qui Domino  
 „adhaeret, fit unus spiritus cum eo, iam vero Dominus  
 „solem suum oriri finit super bonos & malos, & nil quid-  
 „quam eorum, quae fecit, odio habet, qui spiritum Dei



„habet omnibus inferuire promtus est, omnibus pro viri  
 „li bene facit, omnibus se vtendum praebet, quia etiam  
 „Deus fons est omnis misericordiae & gratiae erga omnes,  
 „cum vero Spiritus Sanctus tales motus in homine effi-  
 „cit, qualis ipse est, sicuti anima corpus reddit animatum,  
 „sentiens mobile, ita spiritus hominem efficit spiritualem,  
 „imbiuit mentem suavitate dulcedinis diuinae, & omnia  
 „membra ad obsequia Deo & proximo pfaestanda dirigit:  
 „E coelo factus est sonitus ille, qui fuit symbolum veni-  
 „entis Sancti Spiritus, quia coelestis est naturae sanctus  
 „ille Spiritus, nimurum eiusdem essentiae cum patre & fi-  
 „lio, a quo patre & filio ab omni aeternitate procedit, ef-  
 „ficit etiam homines coelestia cogitantes, & ea quae sur-  
 „sum sunt, quaerentes, qui terrenis adhaeret, & amore  
 „suo mundo vnitus est, ille nondum coelestis Spiritus par-  
 „ticeps factus. Venit sub flatus symbolo, quia viuam  
 „consolationem afflictis suppeditat, quia etiam reciproco  
 „flatu ac respiratione Spiritus aerei viuimus iuxta carnem,  
 „ideo sub spiritu & flatus symbolo aduentabat, qui largi-  
 „tur, vt viuamus iuxta meliorem nostri partem. Veni-  
 „tus, quo vult spirat, & sonum eius audis, sed nescis, yn-  
 „de veniat, & quo vadat, ita est omnis, qui genitus est a  
 „Spiritu. Congruenter etiam sub flatus symbolo venit,  
 „qui a patre & filio vna spiratione ab aeterno procedit.  
 „Vehemens erat flatus ille, quia nescit tarda molimina  
 „Spiritus Sancti gratia; mouet ille Sanctus Spiritus pios,  
 „in quibus habitat ad omne bonum atque ita mouet, vt  
 „nec Tyrannorum minas nec Satanae infidias, nec mun-  
 „di odia curent. Confert apostolis linguarum donum,  
 „quia in omnem terram sonus ipsorum ire debebat: sic  
 „que confusio linguarum, quae poena fuerat superbiae &  
 „temeritatis in aedificanda turri Babylonis sublata est, iam  
 „que dispersae illae gentes per diuersitatem linguarum  
 „in vnitatem fidei Spiritus Sancti munere congregatae  
 „sunt; congruerter sub linguarum figura venit, a quo in-  
 „spirati locuti sunt sancti Dei homines, qui in apostolis  
 „locutus

„locutus est, qui verba Dei ponit in os ministrorum eccliae. Pro tantis donis laudandus & benedicendus sanctus ille Spiritus cum patre & filio in seculum.“

Faxit clementia diuina, vt sub assistentia huius Spiritus Sancti quem nobis gratia diuina paracletum dedit debita deuotione, precibus & vera abstinentia ab omnibus, quae Deo displicant, nosque inhabiles reddunt ad unitatem cum Deo per Spiritum festos hosce dies sancte celebremus, & seruemus hoc *Χαρισματα*  
a Deo nobis clementissime communicatum.



P. P.

SVB SIGILLO ACAD. IN IPSO FESTO PENTECOSTALI  
D. 7. IVN. A. O. R. MDCCCLXXII.

200 curiosissima so ni dabo iei sacerdotis hoc. Miserere  
mei subversio mea & amorem etiam eum ut I. et II.  
et III. quod vel in cultu et cultu meo emittit. et illi tunc,  
199. 2. quod 2. secundus dicitur. 2. secundus dicitur  
etiam dicitur. quod ab eo secundus dicitur. secundus dicitur.  
secundus dicitur. secundus dicitur. secundus dicitur. secundus dicitur.  
secundus dicitur. secundus dicitur. secundus dicitur. secundus dicitur.  
secundus dicitur. secundus dicitur. secundus dicitur. secundus dicitur.

1. 1.  
1. 1.  
1. 1.  
1. 1.  
1. 1.  
1. 1.  
1. 1.  
1. 1.  
1. 1.  
1. 1.

V  
D  
A8

ULB Halle  
005 372 003

3






## Farbkarte #13

B.I.G.

Black	3/Color	White	Magenta	Red	Yellow	Cyan	Green	Blue



# ORVM OSTALIVM

AM CELEBRATIONEM

E EVANGELICAE PRINCIPIIS  
AB OMNIBVS, QVI DEBITVM  
EDIRE POSSVNT,

COLVSIONE ACADEMICA

DE

ALI EIVSQVE ORIGINE  
CADEMICIS

C DOCTISSIMIS

II RATIONE

HENDAT

VS BECKER,  
ORD. FACVLT. IVRID. SENIOR  
D. t. RECTOR.

SWALDIE

A. F. R Ö S E

D. TYPOGR.



1772 2

7